

- 213 stitucionem, affirmat ipse Tuse. conducent etiam Federi de Senis, Tuse. & Menoch. supra citati in secundo fundamento num. 187. quæ opinio satis est probabilis, & vera, à qua nullatenus recedendum esse arbitror. & loquendo in spoliante condemnato simpliciter ad rei restitutionem, vt etiam teneatur damna restituere, probat Giurba decif. 39. à num. 2. Pute. decif. 298. lib. 2. Rota diuerso. decif. 334. p. 2. Menoch. conf. 758. n. 17. volu. 8.
- 214 Circa quam an, & quis in re illata ad damna teneatur. vbi de emptore vigore executionis postmodum reuocatur, de possidente pignus pratorium, de administratore reipublicæ, tutore, curatore, colono, inquilino, usufructuario, emphyteuta ac maioratus possessore. & qualia dicantur damna, & deteriorationes, & ex quibus causis, deteriorationem rei contingentem præsumatur accidisse culpa, negligentia, aut dolo possessoris, seu administratoris, & de pluribus aliis similibus difficultatibus consule omnino Escobar in tract. de ratiocinis c. 19. per totum. vbi optimè explicat. & latè etiam per Mantiam de contractibus tom. 2. lib. 2. tit. 29. per totum. vbi multa. qui post alios n. 9. optimè tractat, an & quando deterioratio cum melioramentis in ipsa re factis compensetur, apponendo regulam negatiuam, & ad illam nonnullas limitationes, quo loci exactè profequitur videndus.

CAPVT X.

Ab excessiua fructuum, damnorum, expensarum, interesse, pertinentiarum, ac connexorum liquidatione, & taxatione facta per executorem; appellationi emissæ non deferendo, an vis fiat. vbi exactè quomodo hoc casu simplex grauamen ab excessu cognoscatur.

SVMMARIVM.

Sententia generalis condemnatoria fertur in iudicijs vniuersalibus, in executione postea liquidandum qua sub genericâ condemnatione comprehendantur. num. 1.

Idem & in iudicijs generalibus, puta reddendarum administrationis. n. 2.

In executione sententia vniuersalis, puta l. si. C. de edict. diui. Adri. tenent maioratus, petitione hereditatis, &c. liquidantur res ad illam pertinentes. n. 3.

Sententia potest ferri incerta super accessorijs, puta fructibus, pertinentijs, &c. de cuius estimatione liquido in executione apparebit. n. 4.

Condemnatus vel obligatus per quarentigiam ad fructus, damna, aut interesse, in executione facta liquidatione soluit. n. 5.

Executio facti promissi in estimatione aut interesse fit. n. 6.

Excessus circa liquidationem dupliciter consideratur, propriè, & abusiue seu impropriè. n. 7.

Excessus impropriè accidit vbi nimis taxatos fuisse fructus condemnatos quis asserit. n. 8.

Excessus impropriè est potius iniustitia & simplex grauamen, quia executor tunc continetur sub limitibus sue commissionis. n. 9.

Ab excessu improprio, puta vbi nimis fructus sunt taxati, non datur appellatio suspensiuâ. n. 10.

Liquidatio pertinentiarum præcedente condemnatione vniuersali, dicitur declaratio interpretatiua non augens nec minuens condemnationem. n. 11. 13. & 17.

Supplicatio con las mill y quinientas si non admittatur à sententia transacta in rem iudicatam, nec ab eius liquidatione facta in eius executione. n. 12.

Executio est sequela primi iudicij & eiusdem nature. n. 14.

Quod in sententia continetur implicite, per liquidationem in executione declaratur explicite. num. 15.

Executio est eiusdem nature cuius est prima causa, & ideo ab ista sicut non licet appellare, ita nec à declaratione, & eius liquidatione, numero 16.

Liquidatio que non mutat substantiam rei iudicate, non inducit nouum grauamen. n. 17.

Liquidatio tunc non mutat substantiam condemnationis, quando continet declarationem interpretatiuam, non augentem nec minuentem, seu variantem substantiam eius. numero 18.

Taxatio expensarum est declaratio interpretatiua sententia, à qua non appellatur regulariter. num. 19.

Taxatio dicitur meri facti præexistentis declaratione. n. 20.

Taxatio & liquidatio præcedentis sententia dicitur executio & declaratio. n. 21.

Exceptio rem plus minisue esse liquidatam sententia executionem non suspendit. n. 22.

Pro taxa in dubio præsumitur. n. 23.

Exceptio taxa excessus vbi inducit contractum vsuarium, si probetur intra decem dies admittitur in executione ob periculum. n. 24.

Non satis est aliquid de nouo fieri nisi decimo pars grauetur, & ideo non appellat. n. 25.

Quod contingit ex causa de præterito, ad primam causam de præterito referendum est. n. 26.

Mandatum limitatum in incerto non causat excessum sed grauamen, vt in exemplo apposto. num. 27.

A liquidatione fructuum, damnorum, pertinentiarum,

rum, &c. virtute rei iudicata, aut instrumenti quarentigiam appellati non est deferendum. n. 28.

A liquidatione executoris vigore executorialium non admittitur appellatio, sed iterum executori causa remittitur vt illam peragat. n. 29.

Estimatio & rei verus valor, vbi euidenter sit probatum, & ab aduersario nihil quod eneruet verificetur, executor si aliter taxet poterit appellare ex capite iniustitie notoria. n. 30.

Excessus vere & propriè in liquidatione contingit, quando executor modum condemnationis, sive etiam liquidationis essentialiter variaverit, aut mutauerit. n. 31. redantur ex epla. ibid.

Liquidatio que sub generalitate verborum sententia nec virtualiter, nec visibiliter comprehenditur, rectè conuenit definitioni excessus, & ideo à tali excessiua liquidatione licet appellare. n. 32.

Executor liquidans rem que extra condemnationem sit illius substantiam augens, nouiter grauat & excedit, & à tali excessu licet appellare. num. 33.

Appellatio à taxatione & liquidatione que non comprehenditur sub condemnatione generali, causat attentatum & nullitatem executionis. num. 34.

Ab excessiua fructuum, damnorum, &c. liquidatione & taxatione facta per executorem admittitur appellatio suspensiuâ. n. 35.

Quod declara vt in n. 36.

Executor ad restitutionem præbende cum fructibus liquidandis datus excedit si taxet etiam distributiones quotidianas. n. 37.

Executor ad restitutionem beneficij cum fructibus liquidandis, datus, excedit si liquider etiam emolumenta incerta, vt oblationes, & funera, &c. n. 38.

Distributiones quotidiane veniunt appellatione fructuum beneficij. n. 39.

Excedit executor in liquidatione, si condemnationem in fructibus perceptis extendat ad eos qui percipi poterunt. n. 40.

Fructuum perceptorum, & qui percipi poterunt, debet fieri condemnatio in reuocatione attentatorum. n. 41.

Fructuum qui percipi poterunt per attentantem omissa condemnatio tacite in sententia subintelligitur. n. 42.

Dummodo percepti fuerint à tertio causam ab attentante condemnato habente. ibid.

Excedit executor in liquidatione si lata sententia super fructibus à tempore litis contestationis, & liquidet à tempore occupationis. n. 43.

Fructus virtualiter subintellekti sub condemnationis verbis, executor non excedit liquidare, & prestare. n. 44.

Fructus ad quos condemnatus quis à die occupationis vel contestationis non excedit executor, Salgado de protect. Reg. Tom. II.

si liquidauerit etiam fructus decursos post sententiam vsque ad realem restitutionem rei. num. 45.

Condemnatus ad restitutionem equarum seu vacarum con partos y pos partos an excedat executor, si huiusmodi post partus in infinium vsque ad tempus præsens voluerit liquidare. num. 46.

Taxam legis iusti interusurij pecunie restituenda si executor excedat, in liquidatione excedere dicitur. n. 47.

Sententia excedens taxam legis in annuis redditibus est nulla ipso iure. n. 48.

Sententia talis in dubio intelligitur, qualis de iure ferri debuit, quia ad ius refertur. n. 49.

Sententia ita debet interpretari ne iniustitiam & iniustitiam contineat. n. 50.

Executor in liquidatione excedit si condemnatum simpliciter in expensis compellat & liquidet simul personales. n. 51.

In liquidatione excedit executor si sub liquidatione expensarum liquidet etiam damna. n. 52.

Index referens sibi taxare expensas, non potest taxare damna. n. 53.

Et quid in contractibus an appellatione expensarum veniant damna. n. 54.

Damna tacite subintellecta sub condemnationis verbis, executor non excedit liquidare in executione. n. 55.

Excedit executor quando liquidationem addiderit condemnationi, quia nouam addit condemnationem, & à tali excessiua liquidatione licet appellare. n. 56.

Excessiua dicitur liquidatio si executor ordinem omiserit liquidationis, admittens exceptiones reiciendas, & reiciens admittendas. n. 57.

Executor antequam proueniat ad executionem facti, debet præmittere liquidationem, que pertinentia, fructus, seu damna comprehendantur sub generalitate condemnationis. n. 58.

Executio sententia facta ante liquidationem pertinentiarum & similibus est nulla ipso iure. num. 59.

Et à tali excessiua liquidatione licita est suspensiuâ appellatio. n. 60.

Præposteratio executoris causat excessum & nullitatem. n. 61.

In liquidatione excedit executor si ad illam faciendam non citet condemnatum. n. 62.

Exceditur modus inter exequendum, si pars non citetur in eo quo debet adesse. n. 63.

Liquidationis in executione per que fiat probatio, & ea summarie non seruato ordine iudicij ordinarij, vbi nec requiritur libellus, nec litis contestatio. n. 64.

Liquidationis probatio super pertinentijs, damnis, aut fructibus, &c. fit per interrogatorios aduocati. n. 65.

Sententia generalis siue petitionis hereditatis,

siue rei particularis cum pertinentiis, postquam fuerit in executione verificatum, que bona pertinent ad hereditatem seu pertinentias, super omnibus sit executio. n. 66.

Exceptiones omnes spectantes liquidationi, in executione admittit tenetur executor, tam ex parte actoris quam rei. n. 67.

Ad liquidationem faciendam super pertinentiis, &c. tam actorem quam reum executor tenetur admittit. n. 68.

Ad liquidationes probandas executor tenetur terminum assignare de stylo Rota, intra quem si non fiat potest ad executionem procedere. n. 69.

Excedit executor si exceptiones admittit in liquidatione non admittat, vel admittat reijciendas, ob quod licet appellari. n. 70.

Exceptiones releuantes & proportionabiles iudicio executio executor tenetur admittit, alias Rota admittit appellationem. n. 71.

Administrator seu Caprarius ad restitutionem omnium seu vacuarum si opponat executioni, naturaliter aliquas perisse admittendus est, & que sufficiat probatio. n. 72.

Et quid in Caprario qui pro custodia mercedem recipit. n. 73.

Condemnatus ad fructus rei restitutionem, an possit in executoris articulo, opponere se illos non percepisse. n. 74.

Condemnatus in fructibus rei etiam attentans, probans se non percepisse fructus, cuitat executionem sententia. n. 75.

Execquendum non est mandatum contra condemnatum in fructibus, si nominat alium qui eos percepit. n. 76.

Clausula (parito breui) non solum importat dimissionem possessionis, sed & restitutionem fructuum. n. 77.

Contra cuiusmodi rem cum fructibus opponi potest exceptio fructuum quos aliquo tempore euincens percepit, aut rem possedit. n. 78.

L. Iulianus. 17. §. quod si dolo. ff. de rei vindicat. interpretatur ibidem.

Exceptio, quod petis intus habes, opponitur post rem indicatam contra victorem. n. 79.

Condemnatus ad fructus beneficii potest executioni opponere se illos conuersisse in utilitatem beneficii. n. 80.

Fructus in sententia intelliguntur deductis expensis & oneribus illorum occasione factis. num. 81.

Dispositio quelibet loquendo de fructibus restituendis intelligitur deducta expensis. n. 82.

Quod etiam procedit in possessore mala fidei. num. 83.

Fructus ad quos quis est condemnatus, an possit computare & compensare cum melioramentis & expensis in executione. n. 84.

Expensas coram se factas an executor excedat

taxando, vel ad mandantem debeat remittere. n. 85.

Exceptio paupertatis an & quando excuset a solutione fructuum. n. 86.

Executor ad rei restitutionem virtute rei indicata simpliciter datus, an excedat si etiam exequatur in pertinentiis & connexis ipsi rei. num. 87.

Pertinentiarum nomine & appellatione que veniant tam in sententiis, legibus, testamentis, privilegiis, aliisque dispositionibus. n. 88. remissive.

Pertinentia sunt appendices rei principalis. n. 89.

Pertinentia videntur rei principali deservire tanquam quid accessorium. n. 90.

Pertinentia illa dicuntur que aut lege, statuto, homine, aut consuetudine, ad usum alicuius rei sunt destinata, cui ut accessoria accedunt. num. 91.

Dispositio quantumcumque stricta loquens de rei principali, extenditur ad connexa & appendices. n. 92.

Fideiussio est stricti iuris. n. 93.

Fideiussio iure extenditur ad gesta extra tutelam, illi tamen connexa. n. 94.

Mandatum ad actum extrajudiciale extenditur ad iudicium occasione illius actus. n. 95.

Que non possunt nisi connexe produci, non possunt nisi connexe tolli. n. 96.

Dispensatio est odiosa & restringenda. n. 97.

Dispensatio extenditur ad connexa non expressa. num. 98.

Fideiussio licet sit stricti iuris, extenditur ad accessoria, & ad omnia que adhaerent & accedunt rei principali. n. 99.

Excedere fines mandati non dicitur procurator opponens manum ad connexa mandato. num. 100.

Transactio licet sit stricti iuris facta super vna re, extenditur ad aliam ratione connexitatis. n. 101.

Venditio alicuius rei extenditur ad rem accessoria coherentem aut pertinentem. n. 102.

Venditio equa, vacca, ancilla, seu asina, quando censetur venditus pullus, vitulus, agnus, &c. etiam si non exprimitur. n. 103.

Equo seu mula vendita, an veniat sella, frenum, & alia ornamenta, quibus tempore contractus fuit ostensa. n. 104.

Vna res quando alteri accedit & coheret, non debet ab ea separari, quia vnica indicatur. num. 105.

Re prohibita a regno extrahi, si publicatur, publicatur etiam currus, saccus, nauis, &c. quibus exportatur. n. 106.

Sententia lata super re aut bonis quibus adheret ius patronatus, & est annexum, illud etiam comprehendit. n. 107.

Sententia confiscationis bonorum comprehendit

ius

ius patronatus, quod illis est annexum. numer. 108.

Annexum ius patronatus quos pariat effectus. num. 109. remissive.

Sententia nedum parit exceptionem rei indicata in rebus prosecutis, sed etiam in pertinentiis & appendicibus prosequutorum. n. 110.

Sententia lata super re petita, intelligitur etiam lata super accessoriis & dependentibus ab ea, licet specialiter non exprimitur. n. 111.

Sententia declarans vicum esse subiectum ciuitati, extenditur ad contributionem onerum ciuitatis, tanquam accessoria subiectioni. num. 112.

Sententia lata super re principali, extenditur ad connexa pertinentia & adherentia. n. 113.

Iudex si ponit manus ad connexa mandati, non dicitur excedere eius fines. n. 114.

Sententia licet sit stricti iuris, extenditur ad augmentum. n. 115.

Sententia extenditur ad connexa. n. 116.

Sententia super dominio castri, censetur lata super iurisdictione, coherente castro. n. 117.

Et idem dicendum de re incorporata, quia incorporata omnia comprehendit. n. 118.

Bona augmentata que & qualia dicuntur, & que transeant & incorporentur cum maioratu, & quo iure censentur, & de alijs pluribus, remissive. n. 119.

Sententia in iudicio vniuersalibus facit rem indicatam in omnibus pertinentiis liquidandis in executione. n. 120.

Clausula parito iudicato, operatur tam super re principali quam super pertinentiis in sententia non expressis, sed tacite subintellectis a iure. n. 121.

Condemnati ciues alicuius ciuitatis, censentur etiam condemnati habitatores castri Ciuitati subiecti, quia ciues ciuitatis etiam sunt. numer. 122.

Ciuitatis appellatione veniunt castra & villa. num. 123.

Sententia super re restituenda comprehendit pertinentias, appendices, augmenta, connexa, & coherentia ipsi rei. n. 124.

Dummodo etiam in genere ipse pertinentia fuerint in iudicio petita, licet sententia super pertinentiis non petitis ferri possit. n. 125.

(Cum pertinentiis) verbum est vniuersale sui natura comprehendens honores, onera, seruitutes, & omnia necessaria ad rem ipsam principalem. n. 126.

(Pertinere) verbum latissime patet. n. 127.

Promissa rei cum pertinentiis, est incerta, & nihil proficit, nisi limitate quid aut quantum comprehendat probetur. n. 128.

Res iure communi non habet accessiones limitatas pertinentie, nec appendices, nisi ab homine aut consuetudine ei attribuantur. n. 129.

De pertinentiis esse id de quo contingit dubitari dicenti, incumbit onus probandi. n. 130.

Sententia lata generali super re & pertinentiis sit executio tam super re principali, quam super pertinentiis liquidandis & verificandis. num. 131.

Probationes & testes seu instrumenta producta in causa principali si probant liquidationem, bene profunt in executione carta executorie si ibi reproducantur. n. 132.

Liquidatio in executione facienda est per antiqua acta & testes, ne detur periculum subornationis. n. 133.

Executori si sit commissa liquidatio sententia, cautus sit victor, ut in executoria inferi faciat dicta testium, qui melius circa valorem & estimationem rerum, fructuum, aut damni deposuerint, ne subornationi locus sit. numer. 134.

Iudices curent ut si certam quantitatem ex processu deduxerint, expriment in sententia ne liquidationem committant executoribus, quo euitabitur magnum dispendium partibus. numer. 135.

Condemnatus ad tot modios tritici, an & quando in ipsa specie, vel in eius valore executor exequi possit. n. 136.

Aestimatio rei & fructuum in re iudicata quando crescat. n. 137.

Fructus in specie ad quos quis est condemnatus, quando prestandi sint, & quando in eius valore sit facienda executio, & quando eorum estimatio quanti plurimi crescant in executione sententia, a quo tempore, & a quo decrescat, & de pluribus alijs. num. 138. 139. & 140.

Aestimatio non crescit post fructuum consumptionem, quia tunc debitor non est fructuum sed estimationis. n. 141.

Causa iusta excusat a mora, & ideo etiam a solutione valoris & estimationis quanti plurimi in executione sententia. n. 142.

Condemnatus ad restituendum certos modios tritici non expressa eius bonitate, etiam victor probare tenetur, alias sententia debitor satisfaci etiam vilissimum prestando. n. 143.

Aestimatio rebus sit faciendi per peritos executor illos querat, & que pre oculis habere debent. num. 144.

Aestimatores nominati semel suscepto negotio compelluntur per executores si recusent taxare. n. 145.

Aestimatores discordantibus in estimatione, executor compellit partes ad tertium nominandum, vel in defectum ipse executor nominet. n. 146.

Aestimatores aut ob imperitiam, inimicitiam, aliamve iustam causam possunt recusari. numer. 147.

Aestimatores recusatis partes compellit executor de idoneis conueniendis, alias ipse executor potest eligere. n. 148.

Aestimatores peritorum declaratione, auctore, executoris, confirmante, non admittitur appellatio suspensiva velut ab ipsa executione. numero 149.

Aestimatores de materia (qui Alarifes dicuntur) à ciuitate electorum, & an recusari possint, & ab eorum taxatione & iudicio appellentur. n. 150. remissiuè.

Sententia qua res vincenti adiudicatur, semper intelligitur cum fructibus pendentibus, quamuis nulla eorum fiat mentio in sententia. n. 151.

Dominium rei ubi in alium transfertur, ipso iure intelligitur cum fructibus pendentibus. n. 152.

Executio sententiae facta in re debet fieri etiam in fructibus pendentibus eius per quandam consequentiam, cum sint inseparabiles ab ipsa re & possessione. n. 153.

TANTA fuit nostri in hoc articulo confusione loquuti, vt vix ex eis percipiatur, quae excessiua liquidatio dici possit, quod quidem in causa erit, vt nonnulla, tum nimis vtilia, tum vsu frequentia, & difficillima, nunc distinctè discutiamus. Pro cuius principio obiter supponendum est, quòd in iudiciis, & actionibus vniuersalibus generalis fertur sententia condemnatoria, & postmodum in eius executione, eiusque progressu summarè discutitur, & liquidatur, quae sub illa generali condemnatione specialiter contineantur, comprehendantur, & exequenda veniant. gl. celebris, & communiter recepta in l. 1. ff. de edendo. quo in loco Bar. num. 8. Paul. Caltr. num. 9. Fulgos. num. 6. & num. 4. idem B. in l. 1. ff. iudica. solui. celu. ff. Roman. conf. 76. colu. 2. & post plures alios Couar. lib. 2. vari. c. 11. sub n. 1. pro qua sententia adducit text. quem dicit optimum in l. 1. C. de sententijs quae sine cert. quant. & in l. minor 25. annis. per fideicommissum. ff. de minoribus. quo etiam loco idem & rectè intelligit in iudicijs generalibus, puta; in sententia, qua quis cõdemnatur ad reddendam rationem administratae tutelae. Cui conuenit, quod de tutore per obligationem garantigiatam obligato, ad reddendam rationem, dixit post alios Parla. lib. 2. rer. quoti. c. fi. 1. p. §. 12. n. 34. & loquendo in sententia lata in iudicijs vniuersalibus, puta; petitione hereditatis, familiæ eriscundæ, actionis ex empto, totius hereditatis, & similibus, prout in remedio l. fi. C. de edicto diui Adri. & in tenuta maioratus, & alijs, optimè & latè post Innocent. in c. conuerente 16. num. 5. de off. ordina. Gratia in disceptatio foren. tom. 1. c. 333. à num. 9. 10. 11. & post B. in l. 2. num. 5.

vers. sed quero & num. 6. iunctis quae scribit num. 2. C. de sententijs quae sine cert. quant. loquendo in sententia super petitione hereditatis, tutela, negotijs gestis, & similibus, pro quibus datur actio generalis, idem affirmat Sigismund. Elcia. tract. de appella. quaest. 17. limi. 9. num. 2. 4. fol. 428. & plures alij ex citandis. plures ad hoc citat Phanuti. tract. de lucro dotis in rub. sub num. 28. vers. nam B. & sequaces. fol. 2. 5. in paruis.

Item sententia licitè incerta profertur super accessorijs, puta; fructibus, damnis, interesse, pertinentiis, & expensis, & de quorum omnium vero valore, & quantitate in progressu executionis liquido apparebit, & cõstabit. Illi post alios in l. 1. ff. de edendo, vbi n. 3. communem dicit Bart. Bal. & alij in d. l. 2. C. de senten. qua sine cert. a. quanti. §. curare institui. de actio. Afflicti. decis. 35. communem dicit Alex. conf. 90. in causa in fi. lib. 2. clarè Bal. post alios, quos citat Decius conf. 517. in prin. Bal. conf. 323. proponitur volu. 2. Rot. decis. 74. fuit dubitatum. Socin. in cap. 2. num. 23. de libelli oblat. Afflicti. decis. 20. in fi. Alex. in l. Paul. 1. num. 6. de re iudic. Guid. Papæ decis. 405. Sempron. contra Titium. Cardin. Tuf. practi. conclus. tom. 7. litera S. concl. 108. à num. 22. cum seqq. multis etiam comprobatur Roderi. Xuar. in l. post rem. de re iud. in declaratio. l. Regni limi. 4. num. 5. 6. & 7. & post Roman. conf. 211. n. 5. Ruin. conf. 22. num. 2. lib. 1. & alios obseruat Rota Roma. (loquendo in pertinentiis, & etiam generaliter de alijs accessorijs) decis. 100. num. 16. p. 1. diuersor. Gratian. in disceptatio foren. tom. 1. cap. 333. num. 12. (& loquendo in sententia super interesse) latè idem Gratian. c. 183. à n. 43. cum seqq.

Et promiscuè loquendo tam in sententia, quam in obligatione Camerali, aut garantigiatam, quibus quis cõdemnatur, vel obligatur ad damna, interesse, fructus, & expensas, liquidandas in executionis sententia, vel obligationis garantigiatæ discursu, Bar. in l. 1. ff. iudi. solui. & in l. proinde ff. ad l. Aquil. Bal. in l. 2. C. de exe. rei iud. & in l. cum testam. de manumiss. testam. & conf. 393. volu. 2. Alex. conf. 188. volu. 2. num. 2. Illi in l. 1. C. de edendo num. 32. Socin. conf. 89. lib. 3. & conf. 51. lib. 1. Cuman. & Alexan. in l. 1. ff. de lega. 2. Rebus. in constitutu Gallit. de liter obligat. art. 1. gl. 9. Boerius decis. 58. num. 8. Capici. decis. 17. Crauet. conf. 231. Domini. praesul. Couarru. (qui sedulo rem explicat) lib. 2. varia. c. 11. & testatur communem Zausius, & Orosius. in l. 1. ff. de edendo, & Menoch. de adipsi. poss. rem. 5. quaest. 9. num. 59. & iam vsu præualere, testatur Rupel. institui. foren. lib. 1. c. 4. & eam amplectuntur contra alios Roderi. Xuar. & Couar. locis citatis. Parlador. lib. 2. rerum quoti.

quoti. c. fi. 1. p. §. 12. limi. 4. n. 27. & seqq. Muñoz de Escobar in tract. de ratiocinys c. 33. à n. 22. & supra, magnam cateruam, præcipuè Regnicolarum, congestit Baldez, in additio. ad Roderi. in d. limi. 4. latè (prolixè tamen) profertur Sigismund. Elcia. tract. de appella. quaest. 17. limi. 9. à num. 2. 4. Paz in praxi 4. p. pri. tom. cap. 1. num. 15. Peralta in l. 1. ff. de legatis 2. num. 82. & facit quod de exequendo instrumento garantigiatam in interesse, aut facti promissi æstimatione Didacus Perez in l. 4. it. 8. lib. 3. ordi. pag. 1078. Auileus in c. prator. cap. 10. verbo execution. num. 53. & post alios de magis communi affirmatiuè Parla. lib. 1. rerum quoti. cap. 6. §. 2. num. 11. Cevallos in contra commu. tom. 1. quaest. 662.

7 Quo ita cognito, vt absoluaus nostram quaestionem, an ab excessiua fructuum, damnorum liquidatione sit appellatiõni defendendum: dicendum est, excessum circa liquidationem dupliciter cõsiderari: vno modo improprie & abusiue; altero modo proprie, verè, & realiter. Excessus improprie tunc dicitur, quando præcedente sententia condemnatoria committitur simul executori fructuum, expensarum, & pertinentiarum liquidatio, post hinc inde habitis inform.

8 Quia taxatione pars appellat, quia dicit, fructus nimis esse taxatos, cum minoris sint valoris; vel quando declarat aliquam rem pertinere ad hereditatem, vel maioratum, ad cuius restitutionem quis fuerat cõdemnatus. Et in hoc casu iste non potest, dici excessus proprie, sed nomine tenus, sed dumtaxat iniustitia, & simplex grauamen intra limites iurisdictionis contentum, cum executori sit liquidationis, & cognitionis facultas per sententiam, & commissionem concessa, & intra limites iurisdictionis se continet declaratio, à quo grauamine non appellatur, quoad suspensiuum effectum, sed in tempus peractæ executionis reseruat.

9 Hæc est mirabilis & elegans Rotæ decisio (aureis literis in corde scribenda) 100. p. 1. diuerso. num. 14. & à num. 29. vsque ad 54. qua docetur præcipuè num. 32. quòd in hoc casu non potest considerari nouum grauamen, cum præcedit condemnatio in actione vniuersali, & sequatur postmodum liquidatio executorialis, continens solum declarationem qualitatis pertinentiarum non alterans condemnationem, & executionem, eam augendo, vel minuendo, sed dumtaxat inducens declarationem interpretatiuam sententia vniuersalis, & condemnationis præcedentis, & ad consequentiam peritorum, tradit Roma. conf. 45. num. 2. vbi bona additio, & Rotæ Rom. decisio 271. num. 2. p. 1. La-

pus alleg. 82. in causa colu. penult. in prin. vers. unde licet de iure. num. 7. Bal. in l. terminato 3. num. 6. vers. modo ego quero, & num. 8. in fi. C. de fructib. & litium expens. Fran. in c. sepe 44. quaest. 12. num. 60. de appella. Rom. conf. 43. n. 2. & 3. mitabiliter etiam per Auend. in tract. de secunda supplicatio. cum panis M. D. duplarum, sub num. 8. dicens post alios, quos citat, quòd in liquidatione sententia transactæ in rem iudicatam super fructibus, & interesse facta, fit causæ cognitio adhibenda; tamen supplicatio de las mill y quinientas non admittitur, quia sicut à prima executoria, & à sententia latis non licet appellari, nec supplicari; eodem modo non licebit ab earum liquidatione, & declaratione, quia tales liquidationes, & declarationes sunt eadem sententia cum primis, quibus in effectu nihil additur, vel minuitur, & executio est sequela primi iudicij, & instantia, super qua emanauit declaratio. & sicut à sententia non licet appellari, nec supplicari, nec licebit à sententia declaratoria super ea, nam sequela primæ instantia est eiusdem nature, vt de nouo non possit appellari, quia quod in sententia erat implicitè, per liquidationem declaratur explicitè, pro quo citat ipse Auendan. Bal. in c. cum super, de causa poss. & proprie. Lauren. Calcan. conf. 16. num. 3. 4. in prin. Ludoui. Gomez in regul. Cancelar. de iure quaesito non tollendo quaest. 13. & idem Auendan. ibi d. n. 8. post Bal. in l. si in ea. colu. penult. C. quando ff. vel prima. inquit reddens rationem, quia executio est eiusdem nature, cuius est prima causa, & ideo quemadmodum ab ea non licebat appellari, nec ab ista declaratione, & liquidatione, cum sit idem.

10 Et idem, quod dicta Rotæ decisio, tenet latè & mirabiliter Gratian. in discepta. foren. tom. 1. c. 333. per totum, & præcipuè à num. 3. tenet etiam Sigismund. Elcia. in tract. de appellatio quaest. 17. limi. 10. num. 55. dicens, per dictam Rotæ decisionem 100. quòd quando liquidatio non mutat substantiam rei iudicatæ, consequenter non inducit nouum grauamen, & amplius ex eadem Rotæ decis. num. 14. quòd tunc dicitur, non mutare substantiam condemnationis; quando continet declarationem interpretatiuam sententia, non augentem, vel minuentem, & variantem substantiam eius. facit elegans ratio text. in l. adeo §. cum quis ex aliena ff. de acquir. rerum domi. ibi, qui excurit spicas, non nouam speciem facit, sed eam, quæ est, detegit, & c. l. 1. C. de nego. gest. & facit quod dicit Ioan. de Ferrar. in tract. de appellatio. c. 5. n. 57. dum post alios inquit, quòd expensarum taxatio quædam est interpretatio declaratiua sententia, à qua non appellatur regulariter

- 20 iter, imò dicitur meri facti præexistentis declaratio, Lopus alleg. 83. n. 8. Calderi. 2. 15. circa fi. Cardi. Tufc. practi. conclusio. tomo 7. litera S. concl. 121. n. 2.
- 21 Et præcedentis sententiæ dicitur executio, & declaratio, ita post Rotam decif. 64. Lopus alleg. 82. in causa matrimonij. Doctores in clem. sepe, de verbor. signifi. Bal. in l. terminato. num. 8. C. de fructib. & litium expens. Ripa in l. quod iust. ff. de re iudi. Decius in c. verum num. 12. de appellatio. Marquet. tract. de commissio. 1. p. cap. 24. de commiss. appellatio. ab excessu & excessiva expensarum taxatione sub num. 24.
- 22 Et insuper probatur, quoniam exceptio rem plurimè taxatam, & liquidatam esse, in executione sententiæ apposita ipsam non impedit, aut suspendit, bene probat Parlador. lib. 2. rerum quoti. c. fi. 5. p. §. 11. num. 44. quia in dubio præsumitur pro taxa.
- 23 Ioseph. Ludouij. conclus. 56. Carroc. tract. de locato rubr. de usuris q. 1. n. 3. & seqq. Gaspar Reddi. de annuis reddit. lib. 2. q. 1. sub n. 62. ad fi. ubi dicit etiam, huiusmodi exceptionem
- 24 non impedire executionem regulariter, at ubi ex taxæ excessu contractus vsurarius induci potest, tunc propter tale periculum admitti exceptionem, si intra decem dies probetur ab opponente, secundum quæ Rodrig. d. num. 62. ad fi.
- 25 Et licet nunc fiat per executorem taxatio, non ideo dicitur nouum inferre grauamen, cum non satis sit, aliquid de nouo fieri, nisi de nouo pars grauetur, quia illud quod nunc per executorem geritur, non inferre nouum grauamen, sed pars est executionis, ut propterea non sit licita appellatio, latè & in optimo casu post Contard. Lancelor. & alios dicit Escacia in tract. de appella. quest. 17. limi. 1. num. 48. prouenit enim ex condemnatione præcedente, quod enim contingit & ex causa de præterito, ad tempus, & primam causam de præterito referendum, & attribuendum est, l. in ratione §. imperator. ff. ad l. Falci diam. l. Pomponi. 2. de negot. gesti. Lancelor. de attent. 2. p. cap. 4. à num. 4. Gaspar Rodrig. de annu. reddit. lib. 2. q. 17. n. 75. & sic ad præcedentem condemnationem rectè reducitur.
- 27 His accedat mirabilis doctrina Ioannis Andreæ in c. quoad consultationem, super gl. fi. de sentent. & re iudi. quam ibi referens, & exaggerans exclamat Ab. Panormi. sub n. 24. vers. sed contra præcedens dictum, &c. Immol. sub num. 15. asserentes, quando mandatum est limitatum in incerto, & non liquido, pura; quando sententia mandat, quem mitti in possessionem bonorum valentium centum, vel hæreditariorum, aut quæ posside-

bat testator tempore mortis, vel in fructibus, damnis, seu interesse, & similibus, tunc propter probabilem dubitationem, cum quid sit liquidandum, non sit limitatum in fructibus, hoc est, quantitas non sit specificata; simplex grauamen iudicatur valor & pretium liquidatum per executorem, siquidem non potest, ita facile detegi, an excesserit; quia ex tali sententia, quæ limitem non habet; id probari, & verificari non valet, prout requiritur, iuxta ea quæ latè diximus supra hac 4. p. cap. 3. per totum, & circa doctrinam Ioannis Andreæ vide supra cap. 9. post principium, vers. pro cuius doctrinæ. n. 17.

Et in hoc sensu rectè loquuntur Doctores, qui magis communiter affirmant, à liquidatione fructuum, damnorum, pertinentiarum, expensarum & interesse, virtute executorialium, aut instrumentorum guarentigiorum, non esse admittendam regulariter appellationem quoad effectum suspensiuum, vt ex Bal. in l. 2. C. de execrei iudi. Lanfran. in c. quoniam contra. de probatio. tit. de interlocutoria n. 97. Angel. in l. ab execut. C. quorum appell. non recip. Soci. in regul. 24. fall. 2. & Roderi. Xuares in l. post rem in declaratio. l. Reg. limi. 4. Couar. lib. 2. variat. c. 11. vers. 1. Parlado. lib. 2. reru quotidia. c. fi. 3. p. §. 12. num. 32. faciunt citati à Baldef. in additio. ad Xuares ubi proximè limi. 4. litera A. & litera C. & post alios Maran. in praxi 6. p. tit. & post omnia aduertantur circa executionem num. 22. fol. mibi 477. in additis. Rota (loquendo indiuidualiter in nostris terminis) decif. 100. à num. 28. p. 1. diuersor. quem sequitur Escacia tract. de appella. quest. 17. limi. 10. num. 55. & limi. 9. num. 43. & Gratian. discepta. forens. tom. 1. cap. 333. à prin. & post plurimos alios ipsemet Gratia. in cap. 183. num. 48. & 49. eodem tom. 1. Marq. in tract. de commissio. 1. p. c. 24. nu. 24. & 29. post Gallef. & post nonnullos alios, quos citat, idem tenet Escobar in tract. de ratiocinijs cap. 33. à num. 22. & præcedenti, ubi etiam dicit sub num. 23. in fine, quòd multoties vidit, appellatum ab executoribus executorialium è Granatensi Cancellaria emanatarum propter liquidationem earundem, & iterum per eandem Cancellariam fieri remissionem ad executorem, vt executionem perficiat etiam in liquidatis. Et hæc est praxis communiter recepta, præcipuè in supremis tribunalibus, vt pars conquerens de executore, quia multum taxauit fructus, damna, interesse, at pertinentias, eorum valorem, & estimationem excedendo; non auditur appellans, sed huiusmodi grauaminis, & iniustitiæ cognitio referatur in tempus peractæ executionis, interim minimè suspendendæ,

pendendæ, ac deferendæ, & iustissime quidem, cum liquidatio sit pars executionis, quæ in condemnatione continetur, iuxta præfatos Doctores apud quos latè videre poteris.

- 30 Fateor tamen tunc posse ab huiusmodi liquidatione, & taxatione rei, aut fructuum, &c. appellari, quando scilicet, à condemnatione probatum est iustum, & legitimum pretium, rei quantitas, & valor, & per aduersum aliud in contrarium verificare conantem, nihil tamen probauit, vel ita intricatè, & illegitimè, vt nullo modo eneruetur probatio clara valoris facta per condemnatum, quoniam si tunc executor nihilominus notabiliter auget valorem probatum, de quo constat manifestè, tunc poterit ab hoc grauamine condemnatum appellare, quoad vtrumque effectum, non tanquam ab excessu, quia nullus adest (vt diximus), sed ex capite iniustitiæ notoriæ parentis ex eisdem actis, quæ nullitati in totum equiparatur, & sic impedit executionem, post Rebuf. & alios probat Ozaf. decif. Pedem. 142. n. 3. in fi. Guido Papæ decif. 50. quem sequitur Vrsill. ad Afflict. decif. 283. n. 1. Gaspar Rodri. de annuis reddit. lib. 1. q. 16. sub n. 6. post prin. & nos pluries circa appellationem à notoria iniust. alibi diximus latè, præcipuè 3. p. c. 9. à n. 6. cum seqq.
- 31 Excessus autè in liquidatione verè & propriè ille dicitur, quòd in liquidatione executor modum excedit, quod tunc fiet, quando per eum modus condemnationis, & rei iudicatæ, siue etiam liquidationis variatur, alteratur, aut aliter mutatur, apponendo manum in eo, quod vis generalitate verborum sententiæ, & rei iudicatæ minimè cõprehenditur, nec verbaliter, nec virtualiter, nec tacitè, nec expressè. vt puta quando quis condemnatur ad expensas liquidadas, quæ cum de iure non veniant personales, executor insuper eas simul liquidet. vel cum in expensis condemnatio facta sit, executor de damnis faciat etiam taxationem. vel quando sententia loquatur de restituendo redditu pecuniæ, executor taxet vltra legis permissionem, de quorum singulis exemplis, & de alijs pluribus scitu dignissimis, inferius singillatim est videndum. Iste igitur cum sit verè & visibiliter excessus ex inspectione sententiæ probabilis, & apparens, cui omnino conueniunt verba, & effectus definitionis, seu descriptionis à nobis scriptæ supra cap. 3. num. 37. vt excessus sit, nouum quoddam grauamè, extra limites potestatis mandatæ per executorem illatum, de qua latissime ibi videre poteris; rectè etiam dicitur, vt appellatio à tali excessiva liquidatione, suos habeat defectus.

Hanc nostram doctrinam sic explicatam, clarè demonstrat Rot. Romana in decif. 100. ex nouem. p. 1. diuersor. Doctorem à num. 1. 2. 1. 4. & 28. cum seqq. qua docetur, quòd si executor liquidet aliquam rem, quæ extra sententiam generalem est, & minimè in condemnatione comprehensa, quòd istud erit nouum grauamen, augens substantiam condemnationis, & rei iudicatæ, excedens limites declarationis interpretatiuæ, & per consequens ab hoc nouo grauamine, cum sit excessus, licita erit appellatio deouolutiua, & suspensiuua, loquendo in sententia, & condemnatione de pertinentiis, & per eandem decisionem 100. & post Rui. conf. 78. num. 1. & 2. lib. 5. & alios, optimè Gratia. in discepta. forens. tom. 1. cap. 333. à num. 4. & superius à n. 2. qui ita in terminis huiusmodi executionis, testatur tenuisse Rotam coram R. P. D. Orano in vna Asculana bonor. 24. Nouemb. 1595. & 13. Maij 1596. vbi etiam post alias decisiones, & Doctores affirmat, hoc casu executionem esse nullam, & attentatam contempta appellatione. & per dictam Rotæ decisionem 100. num. 1. & 2. & Casarem Barzi. decif. Bononi. 55. Dominus num. 7. ita dicit & explicat Sigismund. Escacia in tract. de appella. quest. 17. limi. 10. num. 54. & 55. & exemplificat num. 59. ad fi. vers. distingue concordando. & ad propositum directè faciunt per argumentum à ratione cessante, & à contrario sensu, quæ post alios diximus supra hoc c. circa princi. vers. quia ita cognito. n. 7. & seqq.

Hoc igitur saltim tacitè & virtualiter deprehenditur ex Doctorebus vox citandis, dum communiter tenent, quòd licet non appelletur suspensiuè à liquidatione fructuum, damnorum, expensarum, interesse, & similibus in executione virtute rei iudicatæ, aut instrumenti guarentigati; tamen quando executor in liquidatione excedit modum, tunc ab huiusmodi excessiva liquidatione appellationi emittæ deferendum esse quoad vtrumque effectum deouolutiuum, & suspensiuum, quibus quidem iustè iuuant iuris principia. B. in l. ab executore num. 13. vers. sed iuxta prædicta ff. de appellation. Salicet. in l. fi. num. 1. in fi. C. quando prouo. non est necess. Felin. in c. quoad consultatio. 15. n. 16. limi. 2. de sentent. & re iudi. lll. in l. proferendum. §. in autem. sub num. 25. vers. sed numquid. C. de iudicij. Philip. Franc. in c. sepe in quest. 12. de appellatio. Marant. in praxi 6. p. act. 3. prin. in verbo. post omnia num. 22. fol. mibi 475. in additis, & alijs fol. 252. Guido Papæ tract. de appellatio. quest. 96. num. 60. fol. 60. Roman. conf. 45. num. 2. & ibi additio. & Rot. decif. 271. num. 2. p. 1. Salusti. Tiber. in praxi lib. 3. c. 6. num. 27. &

- 36 *lib. 1. cap. 27. num. 2. & lib. 2. cap. 2. num. 30. Vestrius in praxi Romana Curia lib. 7. cap. 3. num. 12. Marquetia. de commissio. 2. p. cap. 3. de commiss. appella. num. 46. & 47. & idem Marquet. 1. p. cap. 2. 4. de commiss. appella. ab excessu. & excessiva expens. taxatio. num. 2. 4. & num. 2. 8. Capell. Tholof. decis. 463. Nicol. Garcia de benef. 1. tom. 6. p. cap. 3. num. 135. Escacia de appella. quest. 17. limi. 10. num. 56. qui quidem cum ita simpliciter loquantur, omnimodo declarandi sunt, & reducendi ad terminos nostræ doctrinæ, hæcenus descriptæ, secundum Rotæ decisionem ex novem 100. p. 1. diuers. supra citatam, & Doctores in eius comprobationem adductos, nempe; quando in liquidatione variatur modus, & alteratur substantia condemnationis, eam augendo, prout vterius illatiuè ex sequentibus exemplis clariùs apparebit.*
- 37 *Et huius doctrinæ primum erit exemplum, quo executor in liquidatione sibi commissæ excessisse dicitur; nempe; quando quis est condemnatus ad restitutionem præbendæ cum fructibus liquidandis, nam si executor voluerit, simul liquidare distributiones quotidianas, quas possessor condemnatus percepit, omnino excedet, quoniam in generali condemnatione fructuum non comprehenduntur distributiones quotidianæ, illos namque fructus ex sua residentia suos fecit, condemnatus; ita in terminis probant Manuel Rodrig. questio. regula. 9. 74. art. 4. vers. unde condemnatus. Roman. in l. sed & si possessores num. 5. ff. de iureiur. Gamb. de off. & potestate legati lib. 6. num. 34. Boërius decis. 340. num. 4. Moneta in tract. de distributio. quotidiana. 1. p. quest. 6. Cænedus in canoni. questio. quest. 1. num. 6. Decian. cons. 43. num. 16. volu. 1. Petrus Gregor. de benef. cap. 7. num. 12. Hierony. Campanill. diuers. iur. can. rub. 7. sub num. 15. licet aliquatenus confusè, Caputaq. decis. 29. p. 2. latè plures Rotæ decisiones adducens Lancelo. Rober. de artema. 3. p. cap. 3. 1. à n. 2. 5. Nicol. Gar. in tract. de benef. tom. 1. 6. p. cap. 3. à num. 12. 1.*
- 38 *Item quando facta fructuum beneficij condemnatione executor velit liquidare etiam emolumenta incerta, vt funeralia, oblationes, elemosinas, & similia, quæ tunc nullo modo veniunt, vt tenent post alios Nicol. Garc. d. cap. 3. à d. num. 12. 1. cum fructuum, reddituum, & prouentuum, beneficij appellatione non contineantur, latè Moneta in d. tract. de distributio. quotidiana. 2. p. quest. 14. num. 22. Zerol. in praxi Episcopali. 2. p. verb. distributiones ad si. Cæned. in canoni. questio. 9. 1. n. 15.*
- 39 *Quemadmodum etiam appellatione fructuum beneficij Ecclesiastici distributiones*

quotidianæ minimè comprehenduntur, nec veniunt Selua de benef. 3. p. quest. 12. ex n. 33. Coyarru. lib. 3. variat. cap. 13. num. 1. Andr. Gamb. de off. & potestate legati de latere lib. 6. ex num. 18. Oieda de benef. incompati. 1. p. cap. 12. num. 8. Flami. Paris. de resignatio. lib. 6. quest. 2. num. 30. Moneta vbi proximè plures referens, nonnullos etiam allegat Campanill. vbi supra rub. 7. cap. 6. sub num. 5. & 347. & quoniam nos de hac questione multa per ampliaciones & limitationes congestimus supra hac 4. p. cap. 9. vers. alia se offert practicabilis inferenda dubitatio, & à n. 75. hic omitto, cum pro nostræ doctrinæ exemplo hæc sufficiant.

Et iterum ex præfata doctrina infero, vt tunc dicitur executor modum condemnationis variare, & excedere; quando facta condemnatione in fructibus perceptis, tentat etiam taxare fructus, qui percipi potuerunt, cum in sententia nec expressum sit, nec virtualiter intelligantur iuris interpretatione, ita post alios Cardinal. Tusc. practi. conclu. tom. 7. litera S. concl. 126. num. 24. quod fallit in attentatis, in quorum reuocatione debet fieri condemnatio fructuum, tam perceptorum, quam qui percipi potuerunt, in tantum, quod si in sententia omnium sit, quod percipi potuerit, tacitè intelliguntur, dummodo fuerint percepti ab aliquo tertio, qui causam habuerit ab ipso attentante condemnato, Aquil. de Grass. decis. 140. fructus perceptos sub rub. de fructib. Mandof. (qui generaliter affirmat) in tract. commissio. 14. formul. commissio. attentato. in verbo fructus. Lancelo. Rober. tract. de artema. 3. p. cap. 31. de pænis attentata. n. 22. & præcedenti.

Insuper in liquidatione excedet executor, si lata sententia super fructibus à tempore litis contestationis, voluerit liquidare, & exequi in fructibus à tempore occupationis puta, & hic erit excessus de tempore ad tempus, secundum ea, quæ latè inferius in sequenti cap. vndecimo dicenda sunt, quoniam cum prædicta nec exprimentur in sententia, nec virtualiter subintelligantur aliàs à iure, nec comprehendantur etiam sub generalitate verborum, rectè dicitur executorem condemnationem augere, & alterare.

Sicuti per contrarium fructus veniunt, quando tacitè & virtualiter in sententia subintelliguntur, licet verbaliter non exprimentur, vt puta: quando quis in sententia condemnatus est ad restitutionem rei, quia sub restitutionis verbo in sententia prolato, etiam fructus comprehenduntur, si tamen aliàs natura iudicij, & actionis fructus restitutionem pateretur, autor est Bal. in rub. C. de fruct. & liti. expens. num. 1. Iff. in §. omnium. institui.

institui. de actio. idem Iff. in l. Gall. §. & quid si tantum. num. 67. ff. de liber. & posthum. idem Bal. cons. 504. arbiter & arbitrator. colum. 2. vers. modo quaritur. lib. 5. Bertachi. in reperto. verbo, condemnatus. numer. 50. ad med. Couarr. lib. 1. vari. cap. 3. num. 1. latè Sese decis. 126. à numer. 3. cum seqq. Tiraquell. in repeti. l. si vnquam C. de reuocan. donatio. verbo, reuertatur. sub num. 224. de qua difficultate latè ad partes disputauimus supra hoc lib. 4. cap. 9. versic. hinc & in illam labimur, &c. à num. 93. vbi resoluimus executorem ad rei restitutionem datum vigore executorialium, non excedere fructus etiam liquidare, & soluere.

45 *Prout etiam nec excedet executor, qui condemnatum in fructibus à tempore occupationis, vel contestationis voluerit competere, & liquidare fructus non solum decursos vsque ad sententiam, sed postmodum decurrendos vsque ad realem, & actualement rei restitutionem, gloss. & Iff. num. 3. in l. cum fundus ff. si certum petat. Capicius decisione 19. in si. Cardin. Tusc. qui alios allegat, practi. conclu. tom. 7. litera S. conclusione 128. à prin. Menoch. in prelado de recuper. pess. num. 6. Petrus Surd. decis. 2. 12. numero 12. Marta Neapoli. in compila. totius iur. controuers. ex omnibus decis. tom. 4. titulo de fructi. cap. 7. 1. & est Rotæ decis. 14. de re iudi. in nouis. de quo nos diximus latiùs cap. sequenti à num. 8.*

46 *Supradictis etiam conuenit, quod tunc dicitur executor in liquidatione modum excessisse, quando sententia, quæ sibi exequenda committitur, condemnat ad restitutionem tot vaccarum, ouium, equarum, &c. cum fœtibus, ac fœtuuum fœtibus, quod vulgariter diximus, con partos y pos partos. & ipse in infinitum voluerit liquidare eos partuum partus. vbi de vera quantitate nullo modo apparet, sed sub dubio est, de qua re latiùs & eruditè valde post alios Doctores hanc difficultatem absoluit Escobar in tractatu de ratiocinijs cap. 18. per totum, & in specie à num. 22. vbi multa hinc inde pro declaratione horum verborum rei iudicæ (partos y post partos) congestit, & nonnulla Ioan. Garcia de expen. & meliora. cap. 23. num. 47.*

47 *Quod etiam pertinet, quod quando sententia quis condemnatur ad aliquam pecuniæ quantitatem cum eius iusto interfusorio, non debet iudex executor, iustam legis excedere taxam pro interfusorio, quoniam omnis sententia excedens taxam legis in annuis redditibus, est nulla ipso iure ob clauem vsurarum, latè nostras Gasp. Rodrig. de annuis reddit. lib. 1. questione 16.*

Salgado de protect. Reg. Tom. 1. l.

numero 10. & seqq. & quoniam sententia iudicis, quæ exequenda committitur, debet reduci ad sensum, & dispositionem iuris, & secundum illud interpretari, ac declarari, 49 quia talis in dubio intelligitur, qualis de iure ferri debuit. latè Borgn. Caua. decisio. ne 37. num. 53. & decisione 24. numer. 74. p. 2. quæ ita debet interpretari, ne iniquitatem, 50 & iniustitiam contineat, Castren. cons. 3. lib. 1. Menoch. cons. 80. num. 40. & alibi passim per Doctores.

Et vterius in liquidatione dicitur, modus excedi, quando simpliciter est facta expensarum taxandarum condemnatio, & executor simul de personalibus liquidare intentauerit, quoniam cum in dubio expensarum condemnatio minimè de personalibus intelligatur, sed de processalibus tantum, alio specialiter in sententia non expresso, vt post alios Gondizal. de Paz in praxi 1. p. primi tom. 11. temp. num. 24. Ceual. communi. opini. 5. tom. de cognitione violentia gl. 16. num. 12. & alios allegans tenet Villadiego in polit. c. 1. num. 66. fol. 16. merito limites sententiæ excedere dicitur executor, si ad huiusmodi personales expensas manus apposuerit.

Et illud ampliùs potest reddi exemplum; 52 vt tunc dicitur limites rei iudicæ in liquidatione excedere executor; si facta expensarum condemnatione, damna simul sub liquidatione comprehendat, quoniam expensarum appellatione in sententiis non veniunt damna. gloss. in l. 1. ff. de alienatio. iudicij. vbi Alexand. in additio. ad Barr. & l. 3. C. de fructib. & liti. expens. Bald. in l. terminat. numero 12. in si. versiculo modo quero. C. de fructi. & liti. expens. Iff. in l. 1. §. fin. ff. si quis ius dicen. non obtemperauerit. & condemnatus ad expensas non intelligitur condemnatus ad damna. Rebuff. in commenta. ad ll. Gallic. tom. 3. tractatu de expens. damn. & interesse, articulo 3. gloss. vni. numero 6. & 7. & est gloss. in d. l. 1. §. fin. ff. si quis ius dicen. non obtemperau. & ibi Alexand. numero 7. colum. 2. vers. & de materia. Alexand. num. 7. Socin. num. 10. & Iff. numero 17. in d. §. fi. gl. in l. sancimus. & in l. properand. §. fin. autem alterutra. C. de iudicij. Petrus Surdus decisione 261. numero primo. vbi numero 2. vnam ponit limitationem, & post eum Gratianus discepta. forens. tom. 1. cap. 56. numero 43. cum seqq.

Hinc est, vt iudex referuans sibi taxare 53 expensas, non potest taxare damna. Bald. in d. l. terminato. & Rip. in l. 3. numero 9. ff. de damno infecto, & probare videtur gloss. in cap. dilecti. de foro competenti. vbi post eam notant Abb. & Felin. Boërius in decis. 52. n. 5.

o o Añ.

Afin. in praxi iudic. §. 32. capit. 4. numero 1. Petrus Surdus ubi proxime numero 3. & 4. & hoc procedit in sententia, quæ est stricti iuris, aliud verò est in contractibus, vt distinguit Archidiaconus, in cap. in primis. 2. questione 1. Roman. singular. 346. Afin. in praxi d. §. 32. cap. 4. numero 3. Gratian. ubi proxime sub numero 44. Cardinal. Tusc. alios referens practi. conclusio. tom. 3. littera E. conclusio 637. num. 2. & 3. & ita intelligendum est, quod ipse Tusc. allegans Alexand. conf. 34. in fi. lib. 3. Decius in cap. cum Al. num. 3. vers. præterea de constitutio. & in cap. in nomine Domini. num. 15. de testib. quod expensæ litis dicuntur damnum, intellige, quando per pactum alicui damnum refarciri quis promisit.

Aliud autem est dicendum, quando damnum virtualiter, & sub verborum inuolucro comprehenditur, ac subaudiiri intelligitur in sententia, prout quando res restitui iubetur per executoriales, executorémque non excedere, liquidantem damnum ipsius rei, vt integra tradatur victori, fusiùs disputando resoluiimus, multa adductes in comprobationem supra cap. præceden. in vlt. quæst. vbi commodiùs videre poteris à num. 181.

Aliud non omittam exemplum, quod nostræ doctrinæ tradit Sigismund. Escacia tractatu de appella. questione 17. limi. 10. numero 54. dum per dictam Rotæ decisionem 100. ex nouem p. 1. diuerso. dicit, executorem excedere, quando liquidationem addiderit sententiæ, quod numero 58. ad fin. explicuit, & exemplificauit, quando scilicet non fiat res iudicata, nec condemnatio super fructibus, & expensis, & executor vult addere fructuum, aut expensarum liquidationem, & per consequens nouam condemnationem, vt tunc ab huiusmodi excessiua liquidatione licita sit appellatio quoad vtrunque effectum.

Et quia per sæpius repetitam Rotæ Romanæ decisionem 100. & Gratian. discepta. foren. d. c. 333. n. 4. & alios Doctores superius adductos post principium huius capituli, versic. hanc nostram doctrinam. numero 33. & versic. sequenti. hoc igitur saltim num. 35. apertè deciditur, non solum modis prædictis dici excessum (qui est de re ad rem,) sed etiam quando in ipsamet liquidatione modum excedit executor, quod multis aliis causis contingere poterit, puta: ordinem liquidationis permixtæ præposterans, citationem omitrens, legitimas exceptiones liquidationi conuenientes non admittens, aut repellendas admittendo. quibus quidem

in casibus excedere modum executionis mandata variis in locis diximus, singulorum singula capita propria describendo. & nihilominus in præsentibus non omittam exempli gratia ea, quæ specialiter liquidationi conducunt, vt quæ excessiua dicatur liquidatio, clariùs pateat.

Et in primis licet sententia super fructibus, pertinentiis, & similibus primitus executionem facti (hoc est capere pignora, & similia) non debet deuenire executor, donec liquidauerit, & cognouerit, quid specialiter contineatur sub generalitate verborum sententiæ, nec ad hoc executoris potestas extenditur. B. in l. 1. numero 17. ff. de lega. 2. & in l. 2. numero 5. & 6. iuncto numero 2. C. de sentent. que sine certa quan. & in l. cum testament. 4. C. de testam. manumif. in fin. Alexand. consilio 188. viso processu. numero 1. lib. 2. Benedi. de Paz tractatu de guarant. 1. p. quæst. 2. in pluribus locis. & præsertim ibi, versic. sed non debet index fol. 340. Gallez ad form. Came. obli. 3. p. cap. de liquidatio. numero 6. vers. tertia quæst. fol. 361. & eadem p. 3. cap. de vi instrumenti oblig. Came. numero 2. & 4. fol. 359. & post alios latè prosequitur Sigismund. Escacia de appellat. questione 17. limi. 9. numero 24. ad med. & à numero 25. cum seqq. latè Hieron. Mago. in Rota Luca. decisione 79. per totam, præcipuè numero 15. Borgni. Caualecan. decisione 21. numero 35. part. 1.

Et quòd talis executio sententiæ factæ ante eius liquidationem, sit nulla ipso iure, probant vltra relatos Castrenf. consilio 169. viso puncto & dubio, in fine. versiculo. postremo videtur posse. post Bald. in l. 2. C. de execut. rei iudic. & consilio 165. statutum disponit, libr. 4. Bart. in l. multum. C. de conditionib. & demonstrationib. Couarr. libr. 2. variar. cap. 11. numero 1. & per eum Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. final. 1. part. cap. 12. numero 29. Aymon Crauet. consil. 13. versic. tertio respondo, num. 2. Rota decis. 352. num. 3. lib. 1. diuersor. Peregrin. decis. 48. & 65. lib. 2. Anton. Augusti. decis. 712. lib. 3. & in repertorio de assensat. numero 18. ita etiam terminasse Rotam, testatur Gratian. discepta. forens. tom. 1. cap. 333. num. 7. & 8. qui omnes profitentur, ab huiusmodi excessiua liquidatione licitam esse appellationem suspensiuam, & per viam attentatorum etiam reuocatur.

Et quidem merito, cum sit executionis præposteratio, quæ præsertim in executore causat nullitatem, & excessum. elegans Rotæ decisio, vt testatur Put. decis. 318. per totam lib. 2. fol. 233. Negusant. de pigno. 4. memb. 5. p. à num.

p. à num. 10. cum seqq. versic. tertia conclusio. cum aliis citatis à Ioan. Garcia de expens. c. 6. num. 18. & seqq. Peregrini de fideicom. art. 51. Marefcotus variar. resolutio. lib. 2. cap. 12. à n. 27. cum seqq. c. 12. 1. à num. 46. Anto. Gab. vii. de appella. concl. 2. per totam lib. 2. fol. 144. Vantius in tract. de nulli. sententia. iiii. quib. modis sententia null. deferri possunt n. 63. Nicol. Garc. de benef. p. 9. cap. 3. à num. 5. Gutier. pract. quæst. civi. lib. 1. quæst. 131. fol. 237. & latius per nos infra in cap. de appella. ab executeore ordinem præposterante, quod est cap. 15. à principio.

Item in liquidatione excedet executor, si ad illam faciendam minimè citauerit aduersarium condemnatum, prout præcisè, & de necessitate requiritur, secundum Bald. in l. 2. C. de executio. rei iudic. & in l. decem. ff. de verbor. oblig. Benedi. de Barz. tractatu de guarant. 1. p. quæst. 2. vers. modo hoc. fol. 341. Gallez. ad formam Came. oblig. 3. p. cap. de liquidatione num. 2. fol. 361. Roderi. Xuar. in l. post rem in reperi. l. Reg. limi. 4. Couarr. lib. 2. variar. cap. 11. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fi. 1. p. §. 12. sub numero 30. Menoch. de adipsen. poss. rem. 5. quæst. 10. plures ex antiquiorib. refert & sequitur Marant. de ordin. iudi. 6. p. actu si. vers. & post omnia aduertatur per executionem, num. 21. fol. mibi 377. in additis Sigismund. Escacia tract. de appellatio. q. 17. limi. 9. num. 35. & 41. & extra hos magnam regnicolarum cateruam congerit Baldez in addit. ad Roderi. Xuar. & limi. 4. num. 1. & n. 2. littera B.

Et in specie, quòd executor hoc casu excedat, probat post alios Ioan. de Ferr. in tract. de appella. c. 5. sub n. 52. ad fi. & num. 52. vbi dicit, quòd modus inter exequendum per executorem exceditur, vbi pars in casu, quo adesse debet, non citatur per executorem, quod contingere dicit, quando in alia re, quam in qua sententia lata est, faciendâ sit executio, vel quando liquidatio necessaria est, & quòd defectus citationis requisitæ in executione illam faciat appellabilem quoad vtrunque effectum. plures Doctores testantur, quos nos retulimus supra hoc lib. 4. cap. 1. versic. quam executorialium expeditionem, &c. à numer. 42. cum seqq. & vide quæ capite 5. à numero 8. & supra.

Et erit notandum, quòd in huiusmodi liquidatione fiunt probationes per testes, chirographa, & instrumenta, aut affirmatores, summarie tamen non seruato ordine iudicij ordinarij, & ideo nec requiritur libellus, nec litis contestatio, cum simus in processu executiuo & executione, cuius pars, & membrum est liquidationis articulus in

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

cidens, sed cumprimùm petitur sententiæ generalis executio, faciat aduocatus interrogatorij articulos circa damna, interesse, 65 pertinentias, & fructus liquidandos, docet B. in l. 2. numer. 5. C. de sentent. qua sine certa quantitate. sequitur Roderi. Xuar. in l. post rem in declara. l. Reg. limi. 4. num. 5. Escobar in tract. de ratiocinijs cap. 3. num. 2. post alios quos allegat latius Escacia tract. de appella. quæst. 17. limi. 9. num. 24. num. 28. num. 34. & 35. vbi loquendo in executione sententiæ latæ in iudicio vniuersali, aut generali, vel alio debito velato, in quo quis est condemnatus ad restituendam hæreditatem simpliciter, quia tunc summarie admittendus est ad probandum, & verificandum, quæ bona pertineant ad hæreditatem, vel de valore, & quantitate fructuum, damnorum, &c. aut quæ bona dicantur de pertinentiis, secundum ea, quæ inferius inferenda sunt.

Et loquendo tam in sententia vniuersali petitionis hæreditatis, & similibus, quam in sententia, quæ condemnat ad rem cum pertinentiis, vt postquam probata fuerint in executione summarie, & extraordinario modo, sine litis contestatione, &c. res quæ ad rem pertinent principaliter, aut accessorie, super omnibus erit faciendâ executio sententiæ generalis, vt post Innocent. in c. cum ad sedem 15. num. 1. & 2. de resti. spoliat. Bald. & alij in l. 1. colum. 2. post princ. ff. de edendo, & alios, tenet Gratia. in disceptatio. foren. tom. 1. cap. 133. numero 9. cum seqq. dicens num. 10. quòd aliis nihil proficeret in iudicijs vniuersalibus obtinere huiusmodi sententias, si non liceret isto modo extraordinario liquidare, & procedere ad executionem.

Pariformiter atque in huiusmodi liquidatione executor omnimodo tenetur admittere omnes, & quascunque exceptiones admissibiles, & liquidationi attinentes, & tam ex parte actoris, quam ex parte rei, vt puta talis res pertinet ad hæreditatem, vel non pertinet, vel comprehenditur sub pertinentiarum nomine, vel non comprehenditur, res est pluris, aut minoris valoris, plus vel minus fructus percepti fuere, plus damnum factum fuit, vel minus damnum, & sic de singulis, ita sentit Bald. in l. 2. C. de executio. rei iudic. & in l. decem. ff. de verbor. oblig. Roderi. Xuar. in l. post rem. in declaratione l. Reg. limi. 4. Couarr. cap. 11. Menoch. de adipsen. poss. rem. 5. questione 10. Parlador. lib. 2. rerum quotid. c. fi. 1. p. §. 12. n. 30. Sigism. Escac. tract. de appell. q. 17. limi. 9. n. 34. qui licet dixerit, quòd debent admitti in liquidatione omnes exceptiones admissibiles

00 2 de